ritatem quam corporis. dum ex uirtute mirandi
luminis. alterius alteri conscientia nuda fuit.
Intellexerunt namque concorditer omnes uidentibus
inuicem uniuersis in cordibus singulorum. sanctum patrem
absentem corpore presentem spiritu tali transfigura
tum effigie. supernis irradiatum fulgoribus et
ardoribus inflammatum sup naturali uirtute
in curru splendente simul et igneo sibi demons
trari a domino ut tanquam ueri israhelite post
illum incederent. qui uirorum spiritualium. ut alter helyas
factus fuerat a deo currus et auriga. Credendum
sane. quod ille horum simplicium aperuit oculos
ad ~~celos~~ preces francisci ut uiderent magna
lia dei. qui oculos quondam aperuerat pueri.
ad uidendum montem plenum equorum et igneorum
curruum in circuitu helysei. Regressus autem
uir sanctus ad fratres. cepit conscientiarum ipsorum secre
ta rimari. confortare ipsos de uisione illa mi
rabili. et de profectu ordinis multa futura pre
dicere. Cumque pater faceret plurima que sensum
transcendebant humanum. uere cognouerunt
fratres. super seruum suum franciscum spiritum domini in